



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.**

**Huth, Adam**

**Augustæ Vindelicorum, 1732**

36. De religiosis domibus, ut Episcopo sint subjectæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

ptis obtenta. Exceptiones, & limitationes  
apud Schmalzgr. à n. 112. h. t.

TITULUS XXXVI.

De Religiosis Domibus, ut Episcopo  
subjectæ.

**Q.** 1. *Quanam dicantur in presenti domus  
religiosa? Resp.* Nomine domus Religiosa  
quâ hic agitur, postquam in superioribus de  
fessione & statu Religiosorum tractatum,  
in genere locus divino culti vel aliis piis  
authoritate Episcopi destinatus, c. 4. h. t. Ubi  
cui ille sit consecratus, dicitur *domus sacra*; si  
tamen authoritate tantum Episcopi erecta, nec  
sacramentum consecrata, in specie vocatur *domus  
religiosa*; si nec auctoritas Episcopi intervenit  
in consecratione, propriè *domus pia* appellatur. h. t. n. 1. ubi pariter, quod in dubio, num  
auctoritas Ecclesiastica intervenerit, id ex contextu  
possit colligi. *Ibidem* quædam habet notanda  
de Oratoriis privatis.

**Q.** 2. *An & cui Episcopo sint subjecta  
Monasteria, aliâque loca pia? Resp.* 1. Jurisdictione  
Episcopi diœcesani subsunt *de jure communi*  
Monasteria, Ecclesiæ, & loca pia, si hac auctoritate  
Episcopi sint erecta, ita ut, si quæ exemptiones  
prætendant, probatio ipsis incumbat. c. 3. 4. h. t.  
2. Ecclesia vel Monasterium alterius diœcesanos  
Ecclesiæ vel Monasterio unitum, manet sub

subjectum Episcopo, cui prius subiciebatur. *c. 2. h. r.* 3. Dum dubitatur, in cuius Episcopi diocesi Ecclesia sita, adeoque cui subiecta, & à quo consecranda, dicendum, subiectam esse & consecrandam ab Episcopo, qui prius in incolas illius loci iura Episcopalia exercuit, quàm ea ædificaretur. *c. 1. h. r.*

*Q. 3. Quid juris competat Episcopo ratione subiectionis locorum Religiosorum? Resp.* 1. Episcopus in locis Religiosis sibi subiectis & non exemptis habet jurisdictionem etiam contentiosam & executionem iurium Episcopalianum, uti omnes ex *c. 9. h. r.* quòd capitulum benè notandum. 2. Potest Episcopus visitare ejusm. loca Religiosa ( etiam exempta, sed hæc autoritate Apostolicâ ) & rationes exigere administrationis, nisi tamen sint sub immediatâ protectione Regum, aut aliter in fundatione cautum. *Trid. Sess. 22. c. 8. & 9. de ref.* neque subsunt Episcopi visitationi pia loca Ordinum militarium, aut aliorum Religiosorum *Clem. 2. §. 2. h. r.* 3. Quomodo curandum sit Episcopo, ut piæ defunctorum voluntates mandentur executioni, quidque hac in re possit Episcopus, delimitur ex *Clem. 2. h. r. & Trid. Sess. 25. c. 8. de ref.*

*Q. 4. Quanam requirantur, ut novum Monasterium possit erigi? Resp.* Recensentur seq. à Pichl. *h. n. 3.* 1. Consensus Episcopi, *Trid. Sess. 25. c. 3. de Regular.* & fortè S. Pontificis ob *c. un. h. r. in 6. c. un. de excess. Pral. in 6. Constit. Urbani VIII. 1624. Constit. Instauranda. Innoc. X.*

1652. quæ tamen de consensu Pontificis dicitur  
 in nostris partibus non tenent. 2. Confessio  
 Parochi vel Capituli, quod inibi curam anima-  
 rum exercet. 3. Principis & incolarum. 4. Re-  
 ligiosorum in vicinia, scil. hodie ad 140. casus  
 habitantium, &c. de quibus alii. 5. Requiritur  
 ut saltem 12. Religiosi possint ex redditibus  
 assignatis vel ex elemosynis competenter vivere.  
 6. Quid Episcopo in erectione novi monasterii  
 Monialium observandum, habet Schmalzgr.  
 n. 38. h. t. Engel h. t. n. 5. qui & n. 4. res  
 Bullas Clem. VIII, & Gregor. XV. in hac materia  
 editas.

Q. 5. Quid possit Episcopus circa mutationem  
 locorum Religiosorum? Resp. 1. Loca proprie  
 sacra & Religiosa, Ecclesiasticâ authoritate con-  
 stituta, absque eâdem authoritate profanis usibus  
 queunt destinari. c. 4. & 5. h. t. 2. Ecclesie  
 regulares, non possunt ullius Prælati Pontificis  
 prioris authoritate mutari in sæculares, nec Mon-  
 steria in Collegia Clericorum sæcularium, nisi  
 casu quo reperiri non possint Religiosi, quibus  
 reformatur, & restauretur collapsa disciplina.  
 h. t. confer Schmalzgr. h. t. n. 26.

## TITULUS. XXXVII.

De Capellis Monachorum & aliorum  
 Religiosorum.

Q. I. Nomine Capellæ quid veniat? Resp. Variè  
 in jure significationes habet, subinde etiam  
 signi-